Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Lauda syon saluatorem lauda ducem ⁊ pastorem in ym
nis ⁊ canticis Quantum potes tantum gaude quia ma
ior omni laude nec laudare sufficis Laudis thema spiritalis
panis uiuus ⁊ uitalis hodie ponitur Quem in sacra mensa
cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur Et
laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio.
dies enim sollempnis agitur in qua mense prima recolit hui⁹
institutio In hac mensa noui regis nouum pascha noue le
gis phase uetus terminat. uetustatem nouitas umbram fu
gat ueritas noctem lux eliminat Quod in cena xp̃s gessit fa
ciendum hoc expressit in sui memoriam Docti sacris institu
tis panem vinum in salutis consecrant hostiam Dogma da
tur xp̃ianis quod in carnem transit panis et uinum in san
guinem Quod non capis quod non uides animosa firmat fi
des p̃ter rerum ordinem Sub diuersis speciebus signis tantu
⁊ non rebus latent res eximie Caro cibus sanguis potus manes
tamen xp̃s totus sub utraq; specie A sumente non concisus n̄
confractus non diuisus integer accipitur Sumit unus su
munt mille quantum isti tantum ille nec sumptus consum
itur Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali uite
uel interitus Mors est malis uita bonis uide paris sumpcionis
quam sit dispar exitus Fracto demum sacramento ne uacil
les sed memento tantum esse sub fragmento quantum toto te
gitur Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec
status ne statura signati minuitur Ecce panis angelorum
factus cibus uiatorum uere panis filiorum non mittendus canis
bus In figuris prefignatur cum ysaac immolatur agnus
pasche deputatur datur manna patribus Bone pastor panis
uere ihu n̄ri miserere tu nos pasce nos iuuare tu nos bona fac
uidere in terra uiuentium Tu qui cuncta scis ⁊ uales q̄ nos
pascis hic mortales tu nos ibi commensales coheredes ⁊ sodales
fac sanctorum omnium. Achacii et sociorum eius sequentia.
Hodierne festum lucis est achacii laus ducis atq; decem mi
lium. Hermolao phallax ista archipresule baptista dei colit
filium Adrianus xp̃ianos colere rex deos uanos iubet sed de